



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De commendatione Iustitiæ. Pars III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](#)

seruata. Voluntatis dicitur, quia lapis quum descēdit, recte agt
 faciendo quod debet: tamen non dicitur iustus esse, quia hoc nō
 facit voluntariē. Rectitudo verò quæ est iustitia, non est cuius-
 cunque appetitus, sed appetitus rationabilis qui est cum discre-
 tione. Si enim aliquis impedit ab ingressu domus aliquem ro-
 lentem intrare, vt innocentem ibi occidat, ignorans tamē quid
 ille ibi acturus sit, nō reputatur ipse in hoc iustus. Non dicunt
 etiam aliquis iustus propter rectitudinem intellectus, vel op-
 ris, si desit rectitudo voluntatis. Itē si aliquis coactus reddat pe-
 cuniam quam abstulit, vel causa inanis glorie non est propero
 hoc iustus, sed si amore iustitia hoc faciat. Ideo ergo benefi-
 ciū est, quod iustitia est rectitudo voluntatis propter se seipsum.
 ¶ Et notandum quod quārum rectum sit in quo medium nō em-
 ab extremis, vbi est rectitudo iustitiae, aliquid est ut medium, &
 aliqua ut extrema. In iudicio verò hoc manifestū est, vbi inter
 medius est inter partes, qui non debet declinare ad dexteram
 ad sinistram. Generaliter vero tria considerari possunt vñ
 iusticia, scilicet quod redditur, cui redditur, & per quod redde-
 tur. Per quod redditur est ut medium, alia duo sunt ut extrema.
 ¶ Describitur etiā iustitia sic: Iustitia est virtus cōseruatrix ho-
 manæ societatis, & vitæ communitatis. Societatem, id est, cō-
 binationem hominum sic seruat iustitia, dum homines cohili-
 tār: obtinet vñus agros vel alias posseſſiones quibus eger alii
 ideo cōcītaretur inuidia & seditio, nisi iustitia adesset, que nō
 cuique ius suum redderet. Vitæ autem cōmunitatem custodi-
 dum eundem modum viuendi plures sectātur: vt mercaturam
 vel militiam, quæstus vñus minuit alterius lucrum, quæ res
 uorem moueret, nisi iustitia adesset. Item iustitia sic describitur
 ab Aug. in lib. de morib⁹ ecclesiæ: Iustitia est amor soli aman-
 seruiens, & propterea recte dominans. Item 19. lib. de Ciuicis
 Dei: Qui fundū auferit ei à quo emptus est, & tradit ei, qui nō
 habet in eo iuris, iniustus est: & qui semetipsum auferit domi-
 nanti Deo à quo factus est, & seruit malignis spiritibus, iniustus
 est. Bern. in lib. de diligendo Deo: Infidelem ratio vrgit & iusti-
 tia naturalis, totum se tradere illi à quo totū se habet. ¶ Et no-
 tandum quod secundum Aug. 4. lib. de doct. Christ. Sicut ratio
 rotunditatis eadem est in magno disco & in cumulo exiguo, &
 à punto medio omnes linea pares in extrema ducantur, ita vñ
 aliquis parua iuste gerit, non minuitur iustitia magnitudo.

De commendatione Iustitiae.

PARS III.

N Otandum ergo quod iustitia commendat natura, com-

men-

recte & scriptura. ¶ Natura tripliciter. Primo, quia rectitudo quam dedit corpori humano monet ad rectitudinem iustitiae. Eccl. 7. Hec inueni, quod fecerit Deus hominem rectum. Ber. super Can. Rectus dominus Deus noster, & non est iniq[ue]itas in eo. Rectus itaque dominus hominem rectum fecit. Id est: Staturam debet Deus homini rectam, forsitan ut ista corporea rectitudo extenoris vilior[um]que figmenti, hominem illū interiorem qui ad imaginem Dei factus est spiritualis, suę seruādē rectitudinis admiseret, decor līmi deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius quam curuum recto corpore gerere animū? ¶ Secundo, quia ea quæ sunt iustitiae pro magna parte naturaliter in corde hominis scripta sunt. Aug. in lib. Cōfes. Furū certe punit lex tua domine, & lex scripta in corde hominum, quā nec ipsa quidem delet iniq[ue]itas. quis enim fur a quo animo furem patitur? Tullius in 1. Rheto Iustitiae initium est à natura profectū, deinde quidā in consuetudinem ex utilitatis ratione venerūt, postea & à natura profectas, & à cōsuetudine probatas legū mētus & religiō sanxit. Naturę ius est, quod nō opinio genuit, sed quedam innata vis inferuit: vt religiōrem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem. Seneca in epistolis: Hoc societas diligenter & sancte nobis obseruanda est, quæ nos omnes omnibus miscet, & iudicat aliquod esse commune us generis humani. ¶ Tertio, quia natura docet etiam bruta animalia multa eorum quae ad iustitiam pertinent, vt innocētiā, concordiam, pietatem ad animalia sui generis. ¶ Scriptura etiam multis modis iustitiam nobis cōmendat. Primo, multū ad tam mōnendo. In Ps. Sacrificeate sacrificium iustitiae. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terrā. Eccl. 3. Usque ad mortē certa pto iustitia. Eiusdem 3. Ante obitum, operare iustitiam. Idem 18. Ante iudicium para iustitiam. Ezech. 45. Rapinas intermittite, & iudicium, & iustitiā facite. 1. Timo. 6. Homo Dei lectare iustitiam. ¶ Secundo ostendendo eos esse beatos qui iustitiā esūnt. Matt. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā. ¶ Tertio, beatos ostendendo qui aliquid pro iustitiā patiuntur. Matt. 5. Beati qui persecutionē patiūntur propter iustitiā &c. Et 1. Pet. 3. Si quid patimini, propter iustitiā, beati. ¶ Item ad cōmendationem iustitiae hoc facit, quod hęc virtus multū Deo est grata, & homini multū necessaria. Primum in multis locis ostendit scriptura. In Ps. Iustus dominus, & iustitias dilexit. Item acceperabis sacrificium iustitiae. Pro. 15. Qui sequitur iustitiā, diligitur à domino. Eiusdem 16. Initium virtutē bonę facere iustitiam: accepta au-

tem apud Deum magis quam immolare hostias. Act. 10. In omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi: Ecce contrario iniustitia multum displiceret ei, unde Deuteronomio 25. post illud, Non habebis in sacco diuersa pondera &c. subditur, Abominatur eum dominus qui facit haec, & aduersatur omnem iniustiam. Iustitia expressa nominatur inter illa quatuor, quibus utilius nihil est in vita hominibus. Sap. 8. Ipsa adeo necessaria est, ut nec etiam latrones omnino ea carcere possint. Tullius in libro de officiis. Tanta est vis iustitiae, ut nec illi quidem qui maleficis & scelere pascuntur, sine villa iustitiae particula vivere possint. Iustitia adeo utilis est, ut nihil vtile reputetur, quo ipsa amittitur. Unde super illud Psalmus 31. nolite concupiscere, dicitur. O lucra damnosa, iniurie pecunia, perdis iustitiam. Iustitia adeo utilis est, ut cum ea utilia sint quam maxime noxia videtur, ut mortuus. Num. 23. Moriatur anima mea morte iustorum. Iustitia non nullum est homini necessaria in vita, sed etiam in morte: nec solum in presenti, sed etiam in futuro. Iustitia in presenti, vera a malis poenae custodit. Dan. 6. Conclusa ora leonum, & non nocuerunt mali: quia coram eo iustitia innuenta est in me. Temporalia bonabuit. Proverbii 13. Iustitia eleuat agerem. Ecclesiastes 20. Qui operatus iustitiam, ipse exaltabitur. Econtra dicitur in Psalm. de quidam propter iustitias enim suas humiliati sunt. Et Ecclesiastes 20. Regnum a genti transferunt in gentem propter iniustitias &c. Ita a malo culpae defendit, propter gloriam iustitiae. Ita appetitum boni transitorum restrigit, ideo vocatur zona. Ecclesiastes 45. Circuncinxit Aaron zonam iustitiae. Et Esaiah 11. Ererit iustitia cingulum lumborum eius. Item iustitia homini pacem dat: & sic Deo in homine locum preparat. In pace enim factus est locus eius. In Psalm. Iustitia & pax oscularum sunt. Esaiah 32. Erit opus iustitiae pax. In Psalm. Iustitia ante eum ambulabit. Item: Iustitia & iudicium preparatio sedis regis. Iustitia necessaria est in morte: quia virum iniustum mala caput in interitu, ut dicitur in Psalm. Ecce contrario vero sperat iustus in morte sua. Proverbii 14. Iustitia in futuro necessaria est, & maxime in illo districto iudicio in quo iustitia dei indicabit, quae iustitia condescendere non poterit. Genesim 30. Respondebit mihi cras iustitia mea. Proverbii 10. Nihil prouiderunt thesauri impietatis: iustitia vero liberabit a morte. Difficile erit homini habeti iustitiam, imo intolerabile, apparere tunc coram Dei iustitia. Psalmus. Ego in iustitia apparebo in conspectu tuo. Idem: Non permanebunt iniusti ante oculos tuos. Item: Iniusti punientur. Item: Iniusti

autem

10. In o-
ceptus est
te.25. pos-
tur, Abo-
mnē inno-
r, quibus
necessarii
liis in lib.
malefici
re possim
la amittit
dicit Gle-
stitia adeo
r, ut morti-
tia nō lo-
c: nec sū-
eta à ma-
ucrū nō
a bonam
erat uic-
de quibus
20. Regi-
Ité à mi-
l. 6. Stas
transitorij
Aaron zo-
ruum eius
cum pra-
tia & pa-
stria ante
sedis ue-
ala caplo
iustus in
maxime in
x iustitia
ras iusti-
is: iustitia
iustitiam,
l. Ego in
hanc ebut:
: iustifi-
autem

autem disperibunt. ¶ Ad commendationem iustitiae etiam va-
cet potest preminentia, quam ipsa habet respectu aliarum car-
inalium virtutum. In ipsa, vt ait Tullius, maximus est splendor
bonitatis. Et Plato dicit de ea, quod si ipsa conspiceretur, mi-
tis spectantibus sapientia excitaret amores. Iustitia finis vide-
rat esse aliarum cardinalium virtutum. Vnde propinquior vide-
rat esse mercedi, saluti, & coronæ quæ specialiter ei in scriptu-
ra sacra attribuuntur. In Psal. Retribuer mihi dominus secundū
iustitiam meam. Item: Tu benedices iusto. Prou. 10. Benedictio
domini super caput iusti. Eiusdem 11. Seminanti iustitiā merces
fidelis. Item 12. In seita iustitiae vita. Sap. 1. Iustitia perpetua
et immortalis: iniustitia autem mortis acquisitione. Eccle. 30.
Salus animæ in sanctitate iustitiae. 2. ad Timo. 4. Deposita est mi-
hi corona iustitiae.

De divisionibus iustitiae.

P A R S I I I .

N Otandum, quod secundum quosdam iustitia diuiditur in
seueritatē & liberalitatem. Seueritas virtus est debito sup-
picio coercens iniuriam. Liberalitas verò est virtus beneficio-
rum erogatrix, quam pro affectu benignitatem, & pro effectu
beneficentiam vocant. Et consistit hæc virtus tota tribuendo
& retribuendo. Benignitatem verò diuidunt in septem partes:
scilicet religionem, pietatem, innocentiam, amicitiam, reueren-
tiā, concordiam, misericordiam. Secundum Macrobius ad iu-
sticiā pertinet innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affe-
ctus, humanitas. Secundū Tull. verò in i. Rhetori. ad iusticiā pri-
mit religio, pietas, gratia, vindicatio, obseruantia, veritas. Qui-
dā verò iusticiam diuidit in quinque partes, scilicet in obedien-
tiam quæ est respectu superioris, & disciplinam quæ est respectu
inferioris, & aquitatem quæ est respectu paris, & veritatem &
fidei quæ pertinent ad omnes. Gl. verò super illud Luc. 6. Si diligi-
tis eos qui vos diligunt &c. aliā innuit divisionē iustitiae: dicens:
Philosophi in tres partes diuidit iusticiā. Vnam in Deum, quæ
pietas dicitur. Alteram in parentes vel reliquum humanum ge-
nus. Tertiam in mortuos, vt his exequiarum iura soluantur. Sed
dominus legis oraculum & Philosophie fastigium supergressus
meos quos qui leserint pietatis porrexit officium. Secundū Se-
c. verò in libr. de quatuor virtutibus, duo pertinent ad insti-
tutam, scilicet velle omnibus prodesse, & nulli nocere. Amabis,
inquit, Deum, si in hoc illum imitareris, vt velis omnibus pro-
desse, & nulli nocere: tunc te virum iustum appellabunt omnes.
Et hec duo videntur concordare duobus preceptis iuris ne-

E 5